ORDINATIONES PRÆPOSITORVM GENERALIVM,

Communes toti Societati,

AVCTORITATE

Septimæ Congregationis Generalis contractæ.

ANTVERPIÆ,

Apud JOANNEM MEURSIUM.

M. DC. XXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

SUPERIORIBUS SOCIETATIS.

CUm optarent jam dudum pleræque Provinciæ, idq; nuper à Septimâ Congregatione poſtulaſſent, ut Ordinationibus Generalium Inſtructionibuſq; breviorem in formam, commodioremq; ordinem redactis, Noſtrorum in his legendis labor tædiumq; levaretur; communibus illarum votis ut ſatisfaceret Congregatio, delectis è cœtu ſuo de more aliquot Patribus, totum hoc negotium diligenter commendavit. Illi ergo primùm quidem antiquas

ORDINATIONVM PRÆPOSITORVM GENERALIVM,

Communes toti Societati,

AVCTORITATE Congregationis Septimæ contractæ.

CAPVT I.

Pro Provincialibus.

Quæ Novitiis, & Tertiariis legenda.

1 NOVITIIS tum in primâ probatione, tum ſexto quoque menſe præter litteras Apoſtolicas Iulii III. de quibus fit mentio in Reg. 13. Magiſtri, oſtendatur etiam Bulla Pii V. de Apoſtatis, & Conſtitutio Gregorii XIV. Gregorii item XIII. quæ incipit, Aſcendente Domino, parte illâ omiſſâ, quæ agit de impugnatione Inſtituti. Similiter etiam eos, qui vota ſimplicia, vel ſolemnia edituri ſunt, aut tertium annum acturi, eaſdem Bullas legere oportebit. *Claudius.*